

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 27 (1872)

Artikel: Urkundliche Aehrenlese 1232-1601

Autor: Schneller, Joseph

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-112595>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 08.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

XII.

Urkundliche Ahrenlese

1232—1601.

(Mitgetheilt von Archivar J. Schneller.)

1.

1232, 12. Brachmonat.

(Spitalbrüder in Hohenrain; jetzt Staatsarchiv Lucern.) ¹⁾

H. diuina miseratione Abbas montis angelorum, et H. magister hospitalis in Honrein, omnibus christi fidelibus | noticiam rei geste. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, scripturarum | beneficio perhennantur. Nouerint igitur uniuersi quos nosse fuerit oportunum, quod cum | Arnoldus de leidinberch in predio montis angelorum quoddam construxerit molendinum, | de quo idem duo quartalia tritici censem monasterio annum persoluere tenebatur, supra- | dictus A. ipsum molendinum in fundum predicti transtulit hospitalis, ita tamen quod de utriusque | tam cenobii quam Hospitalis memorati consensu, taliter extitit ordinatum, quod sepe- | fatus A. et sui heredes censem prefatum persoluant monasterio pretaxato. Si autem idem | molendinum contigerit sine predicto A. et suis heredibus possideri, medietas census | molendini cenobio memorato, et reliqua medietas persoluetur Hospitali. Ad cuius etiam | facti assertionem presens scriptum sigillis nostris uoluimus roborari, — Acta sunt hec Anno | gratie M. CC. XXX. II. ij. Idus Junii. Indictione v.

Die Siegel gehen ab.

¹⁾ Vergl. Geschfrd. XIV. 238.

2.

1240.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

W. et M. nobiles de Wolhusen, fratres carnales, omnibus has litteras insipientibus, noticiam subscriptorum. | Nouerint vniuersi presentes et posteri, quod nos bonum nostrum in Wangen, per quod infeodatus | erat a nobis Waltherus miles dictus de Wolon, contulimus Reuerende domui in Honrein pro XII. | marcis argenti examinatissimi, cum bona uoluntate vxorum nostrarum et puerorum nostrorum, qui in hoc idem | consenciendo nobiscum confirmarunt idipsum. Cunctorum quoque norit discretio, quod prefata domus Honrein | prelibatum bonum sibi redemit de iam dicto milite Walthero de Wolon, cum quodam bono suo sito in | Windensco, quod ipsa sibi donauum (donatum?) supramemorati boni pro infeodatione cum aliis XIII, marcis, quas Walthero | milite dicto de Iberc persolvebat, qui sepe nimis dictum bonum Wangen pro eisdem Marcis titulo | pignoris detinebat. Huius rei testes sunt: Weruherus nobilis de Affoltere, Johannes miles de Buttichon, | R. de Tuno, Volricus et Arnoldus de Rvodiswile fratres, Arnoldus dapifer, cum pluribus aliis qui presenti aderant | donationi. Acta sunt hec Anno domini M. CC. XL. Presentia facta sigillis nostris ROBORAVIMVS. |

Die Siegel fehlen.

3.

1246.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

Volricus miles de Scheinkvn, nec non Dietmarus miles de Olthvn, vniuersis presens scriptum inspecturis, salutem | et credere subnotatis. Suspecta habetur omnis ueritas que non uiva voce uel litterarum testimonio | stabilitur. Nouerint igitur presentes et posteri, quod lis que inter nos ex una, nec non venerabiles in christo . . | Magistrum et fratres domus hospitalis in Hohenrein vertebatur ex parte altera, super quibusdam bonis in Ebersol | et in teinwile sitis, et aliis bonis que Ger. miles quondam dictus de Milant predicto Hospitali in re- | medium anime sue suorumque progenitorum contulerat, amicabiliter est sedata. Ea quoque inter-

posita com- | positione, pro renunciatione et pro ivre quod nobis
in iam dictis bonis competebat, pro nobis et vxoribus nostris, pro
nostrisque | heredibus resignato, a memoratis .. Magistro et fratri-
bus XXV. libris denariorum nobis tunc datis. Johannes | eciam
filius Waltheri de Ebersol qui supra memoratus Magistrum et fratres
super bonis in Nider ebersol impete- | bat, nobiscum XX. libras
denariorum tunc recepit, et omni ivri quod in illo bono sibi puta-
bat competere | pro se et pro suis heredibus penitus tunc renun-
ciavit. In Cvius rei testimonium presens scriptum sigillis domino-
rum | nostrorum Hartmanni et Lvdovici Comitum de Kiburc et
de Vroburc dedimus, cum sigillis Marcwardi et Waltheri | Nobilivm
de Wolhvsen Roboratum. Datum apud Zouingen Anno domini
M. CC. XL. VI. Diethalmo de | Krencingen, R. de Weidiswile, et
Wernheri de Affoltra, Nobilibus presentibus et aliis fide dignis.

Das Ryburger-Siegel fehlt.

4.

1247, nach dem 24. Herbstm.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego Hesso canonicus Ecclesie Beronensis et | plebanus de Hoctorf uniuersis presens scriptum intuentibus facio manifestum, | quod ego quoddam pre-
dium situm in temprinchon et in erchenboldingen a fratribus Ho-
spitalis | Sancti Johannis in Honrein pro summa viii. marcarum
comparavi, tali adiecta conditione, quod | post obitum meum idem
predium ad heredes meos minime perueniat, sed ad fratres iam
dicti | hospitalis libere reuertatur, talem etiam conditionem apposui,
ut anniuersarium patris ac matris mee, | et fratriis mei, quorum
corpora in loco eodem requiescant, crastino nativitatis beate Marie |
deinceps honorifice peragatur. Preterea ordinaui ut ea die fratribus
et conuersis communiter | de nobili vino et carnibus prandium
plenius amministretur. Ne autem in posterum ab aliquo | succes-
sorum meorum presens ordinatio valeat perturbari, presentem
cedulam Sigillis capituli Beronensis, | et Hospitalis sancti Johannis
in Honrein et meo feci roborari. Acta sunt hec Anno domini
Millesimo CC. XL. VII. | Indictione VI.

Das Siegel des Hauses Hohenrain hängt nicht mehr.

5.

1250, 17. Januar.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

Vniuersis presentium inspectoribus, P. de Synz, noticiam subscriptorum. Cum ea que | sub cursu aguntur temporali, a memoria Hominum dilabantur, nisi scripturarum muni- | mine cautius fulciantur, presentem paginam ad subscriptorum cautionem memoraui | esse consribendam. Sciant ergo presentes et posteri, quod ego. P. de Synz, dimidium man- | sum situm in quodam nouali, a B. qui dicitur leyssso, famulo domini R. comitis | de thierstein, emp- tione condigna mihi comparaui. Cum autem legis conditio et juris | concedat ratio, omnem venumdationem ministerialium per manum suorum dominorum, ita videlicet, | si ipsi domini non consenserint, posse retrahi et infringi, predictum | bonum de manu et perfecta voluntate memorati R. comitis, cuius seruus idem B. | esse videtur, recepi manifeste, et similiter de communi consensu suorum fratrum ac sororum. Ne igitur mihi sive meis successoribus a predicto B. sive a suis heredibus uel coheredibus possit oriri | super actis calumpnia contentionis, presentem cedulam subscriptione testium, et sigilli | sepedicti R. comitis auctoritate, accepi premunitam. Isti autem sunt testes: B. procurator | in pheffingin, H. Phirretarius, B. tabernarius, frater B. de Birinwile. Actum publice in | pheffingin, Anno domini M. CC. L. In die beati Antonii.

Das Siegel fehlt.

6.

1250, 17. Jänner.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

Notum sit omnibus tam presentibus quam posteris, presens scriptum intventibus, quod B. dictus leyssso, | famulus R. comitis de thierstein, omne bonum quod possidebat cum fratribus suis et | sororibus, in locis qui dicuntur Rvsecge, Owe, et in oberin velde, vendidit | volrico dicto Gessyliario de Wicwile, ad summam xiii Marcarum et dimidi, et | idem volricus proprietatem predicto-

rum bonorum contulit pro remedio anime sue domui Hospitalis | sancti Johannis in Hohinrein, et recepit sibi et suis heredibus jam dictum bonum pro censu xii | denariorum possidendum. Ne autem per manum predicti R. comitis de thierstein, cuius ministerialis | prefatus B. leyssو esse dinoscitur, uel per fratres suos siue sorores, emptio memora- | ti volrici, siue donum quod idem volricus pre-
fate domui contulit, possit retrahi uel infringi, | ego frater B. humi-
lis de Byrinwile, idem bonum ex parte sepedicti volrici et domus
nostrи | memorare, de manu et perfecta voluntate R. comitis sepe-
dicti, et de communi consensu | fratum et sororum ipsius serui
qui dicitur leyssо, recepi manifeste. Et ad Hujus rei testimonium |
presentem cedulam subscriptione testium, et sigilli comitis de thier-
stein munimine | suscepти roboratam. Isti autem testes sunt: B.
procurator in pheffingin, H. phirretarius, B. tabernarius, P. de |
Syns. Actum in pheffingin Anno domini M. CC. L. In die beati
Antonii.

Das Siegel geht ab.

7.

1250, 17. April.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

Omnibus ad quos presens scriptum peruererit, Rudolfus Comes de Tierstein noticiam subscriptorum. | Sciant omnes quos scire fuerit opportunum, quod Burcardus leize servus meus bona que no- | scebatur habere in Ergaudia, in loco qui wlgo dicitur ime gerüte, petro de Sinz pro quadam summa pecu- | nie vendidit et in possessionem libere transmissit voluntate filiorum sororis sue accedente, quam Conradus | de Sconewa Ciuis Rinveldensis sibi matrimonialiter sociauit dum vita sua floruit super terram, | presentibus domino B. plebano de friche, Diethelmo milite pincerna (Schent) Heinrico aduocato de Howenstein, | Gerungo dicto aduo-
cato. Ego Rudolfus Comes de Tierstein prefatus contractum et voluntatem me- | moratorum filiorum approbo, ratam habens pariter et acceptam. Et in huius rei testimonium do sepefacto | P. pre-
sentem cedam, ut et mea voluntas plenius explanetur quam presenti contractui adhibeo, sigilli | mei muninime roboratam. Datum phe-

fingen Anno domini M. cc. L., xv kl. Maii. Indictione I viiiij. feliciter.

An dem gebrochenen Siegel bemerkt man noch das Thier auf den Dreibergen.

8.

1251, 15. Mai.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

Uniuersis ad quos presens pagina peruenerit, Rvodolfus comes de thierstein noticiam subscriptorum. | Sciant presentes et posteri, quod ex mea procedit voluntate, vt seruus meus Bvrchardus leizo | de consensu filiorum sororis sue, quam Cvnradus de Schonowa Sibi matrimonialiter associauerat dum | vixit, quedam bona sita in villa que dicitur ovwa, rvisege, et in oberendvelde, vendiderit volrico | Gessilerio de Meginberc; Insuper fratres de Hohinrein sancti Johannis, predicta bona de manv predictorum | pverorum, ex perfecta mea voluntate publice receperunt. Et ad Hujus rei testimonium, presentem ce- | dulam sigilli mei munimine prefatis fratribus do corroboratam. Datum anno domini M. CC. L. I. Idus Maii. |

Das Siegel geht ab.

9.

1255, 15. März.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

Ruodolfus comes de Thierstein, omnibus presentem litteram inspecturis, noticiam subscriptorum Tenore presen- | tium notum facimus vniuersis presentium inspectoribus, quod Burchardus de Esche Ministerialis noster per manus nostras bona, | que habuit in Etilunwilére et in Gatwilere, contulit Hospitali Sancti Johannis in Honrein, | et hoc de licentia nostra et Heredum nostrorum est, pariterque de consensu ministerialium nostrorum Burchardi qui | Leizo dicitur, et fratrum Sororumque suarum, et aliorum Heredum suorum unanimiter et voluntate. Testes hujus rei sunt: | Rudolfus prouisor Hospitalis sancti Johannis Basiliensis, Burchardus de

Winterberk provisor in Honrein, Heinricus de Ruoprech- | tsburch, fratres dicti Hospitalis, Chuonradus de terwile plebanus, Burchardus dictus Gallus, Sacerdotes, Nibelungus, Rem—herus der chindon, Milites, Berchtoldus Minister noster. Et ne quisquam dubitet de premissis, presens scriptum | Sigilli nostri munimine duximus roborandum. Dat. anno domini M. CC. L. V., Idus Marcii.

Das Siegel hängt beschädiget.

10.

1256, 19. März.

(Spitalbrüder in Hohenrain.)

In Nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Expedit utilitati plurimum et quieti, eos qui deo ditati pro peccatis | hominum jugiter interpellant, fauore debito conseruari. Igitur mota questione viris Religiosis magistro et fratribus Hospitalis | Sancti Johannis in Honrein, a nobili uiro comite Gotfrido de Habspurc, super jure dominii quorumdam hominum libere conditionis | in Rvocingen, in Apwiler, in Brvinlon et in Ebirsol inferiori commorantium, nec non filiorum Rvodolfi de Krannemos quos hac- | tenus domus ipsa et fratres cum omni subiectione cuiuslibet potestatis, et Respectu seu requisitione Iudicii uel districtus libere | possidebant dicto comite nunc in contrarium quandam in ipsis hominibus sibi servitutem vendicante. Tandem idem comes ductus consilio | saniori, sponte cessit iuri quo visus est sibi usurpasse, Renunciando pro se et fratribus suis uel Heredibus in futurum actioni cui- | libet, que sibi competere in predictis Hominibus jure quolibet videretur. Promittens bona fide sine fraude, quod nichil ab aliquo pertinente | ad domum ipsam ratione prediorum iure hereditario aut alias habitorum petat, uel cum sue dicioni subesse qualitercumque con- | stringat, per se vel per alium, aut procuret ad aliquod Seruitium coerceri. Maxime cum sepdictus comes recognouerit, idipsum juris | fratres et domum predictam aliquando a suis progenitoribus euicisse. In cuius facti euidentiam ad petitionem partium presens instru- | mentum confectum, pro maiori sollempnitatis firmitate sigillo venerabilis patris et domini. E. dei gratia Constantiensis episcopi cum ap- | pensione sigilli comitis ipsius est

Roboratum. Acta sunt hec apud Beronam anno domini M.CC.LVI.,
XIII. kl. Aprilis, | Indictione XIII.

Statt des bischöfl. Siegels hängt noch ein Klumpen Wachs.

11.

1257, 15. Brachmonats.

(Cistercienserinnen in Thennikon.)

In dem namen des vatters vnd des Synes vnd des hailigen gaistes s̄vn alle die wissen die diesen brief ansehent, daz wir baide Ebirhart | der alte vnd Ebirhart der iunge die Herren von Bichelnse vnser ietweder dem anderen gelobt vnd verbuirget hat mit dem aide, sweder vnder vns zwain e stirbet daz der ander inrent zwain iaren | an das gotshus ze Tennikon dien swestran die da gotte dienent zehn mark geltes sol gen oder kovfen ob siz e bi ir lebene dar nicht gebent, mit dem gedinge, ob wir nach vnserm tode iemanne gelten s̄vn | ane daz gelt daz wir machen alde gemachet haben vmb aigen, vmb lehen, vmb ros, vmb gewant, ald vmb dehainer slacht kovf, ald ob wir iemanne schaden han getan in dehainem vrluige daz versvenet | ist ald in dehainem kriege der verslichtet ist da wir nicht ze rechte gelten soltin ob wir lebtin, ze der selben guilte ist das gotshus nicht gebvnden, vmb ander guilte alle danne dv hie genemmet ist, | so sol das gotshus den nv̄z gehalten der in zem iare wirt vnz ze sant Johans tult vnd danne verkovfen so man erst mag ane geverde, vnd danne die phennenige nemen vnd da mitte gelten | von iare ze iare allen den er bi sinem lebene nicht vergolten hat, da des offen ist ald mans an daz selbe Gotshus vordert mit rechtem gezwige da vmb sin sele stat ze phande. Und swer der erste | si, der die gvilte vordert daz man ovch dem bi dem ersten gelte so verre so der zins gelangen mvge nach rechte vnd nah gnaden, vnd also so der ander irsterbe, daz dc selbe gotshus von dem selben quote dien | klegern recht tweie als vmb den ersten, vnd swenne daz guot vergelte wissent- haften schaden dc daz selbe gut iemer me vür vnwissenthaften schaden vnd vür alle vnser s̄vinde an daz selbe gotshus ze Tenni- | kon frilich vnd ledelich vnd ane allermaenlichs ansprache hoeren

sol. Daz disv getat vnd disv geluibde alsus stete belibe, des hat vnser ietweder dem andern gesworen vnd bürgen gieben die hie nach | geschriben stant. Hrn. Albrechten von Bussenanch, Hern Hainrichen von Grinzenberg, Hern Arnolten von Bvrgelon, Hern Walthern von Lantsberg, Hern walthern von Loewenberch, Hern Ruodolfen von Wilperch, Hern Ruodolfen von Schoe- | nenberch, Hern Walthern von Ailgov, Hern Burcharten von Haitenowe, Hern Burcharten von Ainville, Hern Ruodolfen von Ruchenstein die ritter, vnd Cuonraten der Giel. vnd veriehen an disem selben brieue | diesem vorgenanten Gotshus ze Tennikon, sweder dac were, der den andern vberlebti vnd diz nicht laisten wolte, daz die selben bvirgen die hie an stant, des gebvinden fint, swenne si daz gotshus ze Tennikon | mane ald ir botte, die es von rechte twon spon, dc sie sich dar nach innrent sieben nechten antwurten ze wile ze rechter giselschafte, vnz es gelaistet werde. Dirre rede als hie geschrieben stat, des veriechen wir vorgenanten | Gisel, daz wir des gesworn han ze leisten ane alle geuerde. Daz disu getat war ist vnd stete belibe, so han wir disen selben brief gezaichent mit vnser selber insigel vnd mit der Gisel insigel, die hie vor geschrieben fint. Diz | beschach ze wile ze gegenwürte vnser Herren des bischof Ebirhartes von Kostenz vnd vnseres des abbet berchtolts von sant Gallen, vnd des von Stauen- spurch, und des von Smalnegge, vnd der von Roschach, nach vnser Herren | gebuirte tusent vnd zwai hundert vnd fönfzig vnd siben iar, ze brachode do sin vierzehn tage hin waren. ¹⁾

12.

1274, 26. Aprils.

(Archiv St. Urban.)

Noverint vniuersi quos nosce fuerit oportunum, quod Johannes de Rogliswile Miles coram multis fide dignis apud Zovingen constitutus, publice | recognovit et protestatus est, quod ipse duas

¹⁾ Dieser Brief ist nur noch in einem besiegelten Vidimus vorhanden, ausgestellt von Bischof Hainrich zu Constanz an sanctum Silvesterstage 1294. (1293)

Scoposas allodii sui sitas in villa Schoetze, quarum vnam tenet -- dictus Marschalk, alteram -- | dictus Schollo, nec non dictum Marschallum cum omni cognatione sua ad ipsum pertinentes dedit in puram Elemosinam domui Sancti Urbani cum omni | jure et pertinentiis eorumdem donatione facta inter vivos, recipiens ab Abbe dicte domus vsumfructum dictorum bonorum, sibi et .. vxori sue | ad vitam ipsorum tantumodo pro annuo censu videlicet vno solido denariorum in recognitionem juris proprietatis bonorum dictorum domui supradicte, quem | etiam censem XX. annis et amplius soluit prout debuit, omni anno domui memorate, tali nichilominus conditione apposita, quod altero eorum | defuncto is qui superstes fuerit debet quamdiu vixerit duos Modios Spalte dare annuatim domui sepefate pro anniversario comparis | defuncti. Post mortem vero amborum prefata bona cum omni jure et vtilitate libera et absoluta remanebunt domui et fratribus supradictis, | nec aliquis Heredum ipsorum quicquam juris sibi vendicare debet in bonis antedictis, sed de censu ipsorum et prouentu debet vinum et pisces | in anniversario dicti Johannis et uxoris sue Conventui antedicto pro pitancia ministrari. Hujus recognitionis et protestationis testes sunt: Johannes | Cellerarius S. Urbani, B. Decanus in Tvetwil canonicus Zovingensis, Volricus de Palma, H. senior de Grvenenberch, H. et C. fratres filii | eiusdem. V. de Bechburg, B. de Ozingen, nobiles. B. dictus Illenbrecht, H. dictus Ganio, Burgenses de Zovingen, et plures alii | fide digni. In cuius rei euidentiam et majus robur, ego Johannes predictus presens instrumentum de meo rogatu confectum et sigillatum sigil- | lis B. Decani, V. de Palma, et H. senioris de Grveenengerc predictorum, prefatis religiosis tradidi ad cautelam et testimonium pre- | missorum. Actum et datum Zouingen, Anno domini M. CC. LXXIII. In crastino beati Marci Evangeliste.

Hängt das Siegel des Decans klein-oval, in grünem Wachs, und führt das Österlamm. †. S. B. Decani. In . Tvtwil. — Die beiden übrigen Siegel fehlen.

13.

1278, 27. Wintermonat.

(Stiftsarchiv Münster.)

Nos Hugo prepositus Ymbriacensis, Iudex vnicus a Sede apostolica delegatus, vobis Magistris | H. de Bosseberch canonico Thuricensi, Causam que inter Honorandos in Christo Prepositum et Capitulum | Ecclesie Beronensis, Constantiensis dyocesis ex vna, Heinricum Militem dictum | de Chienberch vertitur ex parte altera, in termino prefixo videlicet feria secunda ante Andres | ad Espendendum libello eidem Militi porrecto presentibus quantum ad | terminum predictum et eius continuacionem Subdelegamus, cum aliis negotiis prepediti | . . . , ¹⁾ cause tunc intercedere non possimus. Datum Thuregi, Crastino Chonradi. | Indict. vij. Anno domini, M. CC. LXX — viij. ²⁾

14.

1280, 11. Brachmonats.

(Archiv St. Urban.)

Ego Hartmannus de Bvettinghon Miles, notum facio presentium inspectoribus vniuersis, quod ego de uoluntate et assensu uxoris mee, necnon puerorum meorum accidente consensu spontaneo libero et expresso, redditus triginta solidorum in villa Reiferswile ³⁾, qui ad me jure proprietario pertinebant, Viris Religiosis Domino .. Abbatii et Conventui Domus Sancti Urbani, cum omnibus juribus, appen- | diciis et utilitatibus, dedi libere et absolute, et confero per presentes in puram elemosinam, ab ipsis in perpetuum pacifice possidendam, tali conditione apposita et adiecta, quod de predictis redditibus | Ecclesie de Vshusen candelam de libra cere confectam in festo purificationis, et Ecclesie in Vislisbach duo picaria siue

¹⁾ Hier ist die Urkunde zerrissen.

²⁾ Laut der Ueberschrift am Rücken des Pergaments, gehörte dieser Brief zu den Kirchberger-Schriften. — Vergl. über diesen Streit J. E. Kopp, Gesch. d. eidg. Bünde. II. 1. 491.

³⁾ Bei Grossbietwil.

mensuras olei annis singulis predicti Religiosi conferant et persoluant. Insuper et pauperes ad portam in festo beati Nicolai qua die meum ac uxoris mee Agnetis anniversarium debet in dicto cenobio in perpetuum celebrari, pauperibus erogabunt, ac de XXV. solidis predicto die mei ac conjugis mee anniversarii Conventui prouideri debet in piscibus qui pro decem solidis comparentur, et in uino quindecim solidos ualente. Insuper aduocatiam de Lopringen, que ad capellam de Fribach spectare dinoscitur, cum omni jure quo ipsam possidebam aut possidere videbar, de predictorum conjugis mee ac liberorum meorum voluntate pariter et assensu, sepedictis Religiosis tradidi et confero per presentes, ea conditione, ut pro remedio anime H. de Kollinchon singulis annis tres solidos dentur conventui pro piscibus in Vigilia assumptionis virginis gloriose. In cuius rei robur firmitatem et testimonium presens instrumentum Sigillo meo, ac fratris mei Domini Volrici de Buettinghon militis prefatis Religiosis tradidi communitum. Ego uero predictus Volricus ad petitionem fratris mei domini H. prefati, Sigillum meum presentibus statui apponendum. Datum apud Wigen Anno domini M. CC. LXXX. In festo beati Barnabe apostoli.

Hartmanns Siegel fehlt.

15.

1292, 7. Christmonats.

(Deutschhaus Hirsch; jetzt R. Staatsarchiv Stuttgart.)

Sciant vniuersi presencium inspectores, quod nos frater Heinricus dictus de Iberc commendator domus in Ilzekilch totusque conventus ibidem vnamini voluntate concessimus Trutmanno filio, Schefelini de Eginsein Curiam nostram sitam extra muros porte superioris cum triginta et nonis stadiis vinearum in hiis locis sitarum, Bi dem cruce. iij. sitarum apud bona sancte Katherine. Item ze Hagene v. s. item. ij. s. in Lewergassen juxta. C. metiger. Item. iij. s. an dem garte iuxta. waltherum de woffenhein. item. viiij. s. ze strubeche iuxta bona ecclesie sancti petri. Item vj. s. in Talaker, iuxta heinricum dictum coler. Item ibidem. vj. iuxta viam, item. v. an der halden iuxta Engestelinum, item tres virgas nemoris ultra Lovchahc, tali pacto, ut ipse trutmannus iura vniuersa

a dicta curia seu bonorum ad curiam pertinencium in censum aliis expeditat annis singulis habundanter absque fratrum grauamine predictorum. In quibus ne per eius negligentiam dampnum aliquod paciamur, ipse trutmannus super hoc prestito johanne Sculteto in Eginsheim fideiussore, nobis bona viginti libras valencia usque ad festum seu tempus auptumni proximum assignabit, ut per hec si quod dampnum nobis euenerit occasione ipsius integraliter refundatur, census etiam per colonos nostros nostre ecclesie presentandos absque nostro dampno seu grauamine nobis recolliget vniuersos, de hoc autem censu nomine curie tenebitur respondere, videlicet de tribus et viginti annis rubei vini, et de duodecim solidis denariorum cum tribus obulis, bona sibi concessis in cultura debita reseruatis, si etiam fideiussorem predictum mori contigerit, nobis subrogabit et restituet eque bonum, hac autem concessione seu locatione per nos tam amicabiliter facta per viginti et septem annos, promittimus ipsi trutmanno usque ad annos prescriptos plenam warandiam et fidelem dampno si quod ei occasione nostri emanauerit restituto, singula quoque que sibi concessimus suis heredibus concedimus durante tempore supradicto. In quorum Testimonium sigillum predicte domus nostre vna cum sigillo ciuitatis Eginsheim presentibus est appensum. Datum Eginsheim anno domini M. CC. Nonagesimo secundo, crastino beati Nicolai.

Beide Siegel fehlen.

16.

1295, 27. Hornung.

(Deutschhaus Hizkirch; jetzt K. Staatsarchiv Stuttgart.)

Allen den si kunt die disen brief sehent oder horent uv oder nah, das vor vns Johannese von woffen- | heim eime wissenhaften Schultheissen ze Eginsheim, Hern Johannese von Girsperc, eime rittere, Hein- | riche volkarde, Heinrich von Ensishein, Johannese von Blienswilre Diezhemanne von Andela, Conrate | Hegelinge von winzenhein, Heinrich winterture vnd walthere giselman, dem rate der selben stat, der Commandeur vnd der Convent des huses ze Ilzfilche der Tuschenherren fint vber ein kommen liepliche vnd genzliche mit Rveline von Andela vmb die ansprache die sie hetten.

gegen imme vnd er gegen in von des quotes wegen das er von den selben Herren hatte ze erbe, vnd bischach das also das de selben Herren Rveline sollent geben fur alle die ansprache die er vf das selbe quot mochte an nv vnd har nah viercehen phont phenninge Basiler mvnce, Da mitte het er sich mit sime Bruodere Diezhemanne von andela genzliche vnd offenliche furcigen fur alle ir erben alles des rechtes des er hatte vnze har an dem selben erbe vnd och an sime eigen da mitte er hatte das erbe vnd den cins den er da von den Herren gap fururhovffet, vnd het das quot vf gegeben dem vorgenanten Schultheissen vnd Trutmanne von Eginshain walthers seligen Schefelins von der es von den selben Herren het emphangen, vnd das dis si war vnd staette, so han wir der vorgenante Schultheisse vnd der rat vnser ingesigel gehenket an diesen gegenwertigen brief ze einer Urkunde. Dis geschah nah gots geburte zwelf hundert jar, Nvncig vnd funf jar an dem svennentage in der vasten so man singet Reminiscere.

Das Siegel hängt sehr beschädigt.

17.

1298, 15. Brachm.

(Stadtarchiv Winterthur.)

Nos Albertus dei gracia dux Austrie et Stirie, Dominus Carniole, Marchie ac Portusnaonis, de Habspurch et Kyburch Comes, necnon Landgrauius Alsacie, scire cupimus universos, ad quos presentes pervenerint in perpetuum, quod cum vir discretus Stephanus dictus Hopler, ciuis noster dilectus in Winterthur, capellam ad leprosos extra muros ciuitatis ibidem sitam in fundo nostro, pro sue et parentum suorum animarum salute, necnon pro cultus divini subsidio dotauerit bonis suis, devoto gerens proposito, ipsi capelle processu temporis donis pocioribus providere. Nos devocionis sue pium commendantes affectum, et ope salubri provocare studentes zelum hujusmodi devocius in idipsum, jus patronatus dicte Capelle seu jus presentationis ad ipsam nobis pertinens, memorato Stephano et heredibus suis legitimis, exhibito consensu nostro dotationi prefati, de certa scientia tradimus, donamus et conferimus libera-liter et libenter, quiete perpetuo possidendum. In cuius rei testi-

monium hanc exinde confici paginam, et Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum apud Argentinam Anno Domini Mille-simo ducentesimo nonagesimo octauo, Indictione XI. in die beati Viti martiris.

Nur noch im Copienbuch vorhanden, Bd. V. S. 17. —
Vergl. Geschichtsfrd. XIV, 196. Note 2.

18.

1298, vor 24. Herbstm.

(Archiv Schwyz.)

Omnibus Christi fidelibus Adelheidis Magistra totusque conuentus Monasterii in Gnadental | devotas in domino orationes cum salute. Expedit vt ea que geruntur in tempore testimonio literarum | roborentur, ne labente tempore labantur et ipsa. Nouerint igitur vniuersi ad quos litere pervenerint | presentes, quod nos bona sita in loco qui vulgariter dicitur vf der Balma, vnd in der Abslacht, | vnd in dien staldon, pro lx. viij lib. monete vsvalis omni cum jure vendimus, pro nobis | nostrisque heredibus, renuntiantes omni juri, actioni, defensioni, et omnibus aliis casibus, quorum occasione | predictus contractus seu vendicio in posterum posset impediri vel revocari, et per manus. C. | nostre religionis conuersum, Wernhero dicto tanner resingnasse presentibus profitemur. In cuius | rei euidenciam et firmitatem presentem litteram Sigillo nostri conuentus tradidimus robo- | ratam. Datum in Gnadental, Anno domini. M. cc. lxxxvij. indictione xi.

Das Siegel geht ab.

19.

1299, 25. Herbstmonats.

(Archiv St. Urban.)

Ego Arnoldus dictus de Knutwile burgensis in Surse, notum facio presentium inspectoribus seu auditoribns | universis, quod omnes possessiones tam singule quam uniuersae, quas hactenus tenui et possedi, et nunc teneo et pos- | sideo ab ecclesia Zovingensi, Curti in Knutwile pertinentes, me viam universe carnis ingresso, ad dic-

tam | Ecclesiam Zovingensem libere et quiete ac sine contradictione qualibet revertentur; Nec aliquis meorum | heredum uel successorum quicquam juris, impetionis, seu partis tenebit post mortem | meam in possessionibus | memoratis. In cuius rei seu recognitionis testimonium et veritatem, presentem litteram tradidi Honorabilibus viris seu dominis | . . Preposito et Capitulo Zovingensi, vice et nomine ipsius Ecclesie, Sigillo discretorum virorum . . universitatis in Svrse | fideliter roboratam. Nos universitas predicti ad requisitionem Arnoldi de Knutwile burgensis nostri prefati, Sigillum | nostrum appendimus huic scripto in testimonium predictorum. Datum Surse, feria sexta proxima ante festum beati Michahelis, anno | domini M. cc, Nonagesimo. IX Indictione. xiii

Das Stadt-Siegel hängt wohlerhalten. — Der hl. Georg mit Schwert und Schild.

20.

1300, 11. Jänners.

(Archiv St. Urban.)

H. dei gratia Constantiensis Episcopus, Dilectis in Christo vniuersis . . decanis, plebanis et viceplebanis | ceterisque ecclesiarum et altarium Rectoribus per nostram dyocesim constitutis, ad quos presentes peruerent | Salutem in Domino. Dignum iudicat nostra reuerentia, vt priuilegia viris religiosis . . Abbatii | et Conuentui Monasterii sancti vrbani ordinis Cysterciensis suoque ordini a sede apostolica concessa, | ab vniuersis nostre iurisdictioni subiectis ob reuerentiam ejusdem ordinis fauorabiliter obseruentur. | Cum itaque ex parte . . abbatis et Conuentus eiusdem Monasterii nobis cum querimonia sit relatum, | quod vos pretextu cuiusdam inhibitionis a nobis sicut dicitur facte, quam tamen minime | fecimus, ipsorum priuilegia contradicitis obseruare in vestre salutis dispendium et eorum preiudicium | non modicum ac grauamen. Vobis vniuersis et singulis in virtute sancte obediencie | precipiendo mandamus, quatinus eorumdem abbatis et conuentus priuilegia, prout eadem sedes | ipsis indulxit apostolica, obseruetis sicut tenemini et faciatis ab omnibus iniuiolabiliter | obseruari, sicut canonicam effugere volueritis vltionem. Datum Vlme Anno domini. M. | ccc. iii. Idus Januarii.

Das Siegel hängt.

21.

1309, 24. Mai.

(Archiv Winterthur.)

Nos Elizabeth quondam Romanorum Regina Tenore presencium profitemur, quod Illustris | princeps Lupoldus dux Austrie et Stirie, filius noster karissimus, de nostro iussu beneplacito | et assensu, prouido viro Eberhardo de Rynowe, cui nostro in Wintertur, ac suis Heredibus, | in Theloneo in Wintertur decem libras redditum, occasione Centum librarum, quas idem | Eberhardus pro expensis Honorabilis viri Heinrici de Rannenberg, ac eiusdem H. sociorum, nunciorum, | deputatorum versus Hyspaniam exposuit et rationabiliter ministrauit, assignauit titulo feodali; | Sit quod idem Eberhardus aut sui liberi predictas decem libras annuatim feodi nomine tamdiu percipient, | quoisque predictam pecuniam videlicet centum libras a dicto nostro filio aut suis fratribus receperint per- | solutam. Harum testimonio literarum Datum in Baden. viiiij. Kal. Junii. Anno domini MCCCVIII.; — |

Das Siegel hängt, im Antlitz der Königin und in einem Theile der Umschrift beschädigt.

22.

1309, 25. Mai.

Nos Lupoldus dei gratia dux Austrie et Stirie, Comes in Habsburg et Kyburg, necnon Lantgrauius alsacie, | ad vniuersorum noticiam publicam volumus tenore presentium peruenire, quod quia prouidus vir Eberhardus de Ryn- | owe, Ciuis noster in Wintertur, pro expensis honorabilis viri Heinrici de Randemberg ac suorum Sociorum, | nuntiorum, deputatorum versus Hyspaniam, Centrum libras denariorum thuricensis ad nostrum mandatum exposuit; | Nos eidem Eberhardo, Katherine vxori sue, et suis liberis legitimis, occasione hujusmodi grati servitii nobis | in hac parte exhibiti, decem librarum redditus in Thelonio nostro apud Wintertur nomine feodi contulimus, | ac eos de eodem feodo presentibus taliter investimus, quod quandocumque nos, nostri fratres, aut nostri et nostrorum | fratrum liberi, predictis Eberhardo, Katherine vxor

sue, vel ipsorum liberis predictas Centum libras plene persoluerimus, | statim predictum feodum ad nos, nostros fratres, ac nostros liberos libere reuertetur. Et vt predictus | Eberhardus, Katherina vxor sua, et ipsorum liberi, in predicti feodi quieta possessione permaneant, ipsis predictum The- | loneum in Wintertur ex speciali gratia annuatim pro viginti sex libris denariorum thuricensis recommisimus colligendum, | sic quod ipsi pro feodo suo decem libras retineant, et residuas sedecim libras ad nostram ordinationem exponant. | Si vero aliquis nobis de collatione predicti thelonie maiorem summam viginti sex libris ministrare voluerit, | quam forte predicti Eberhardus, Katherina vxor sua, aut ipsorum liberi de eodem nobis thelonio dare nollent, extunc | cum ipsorum beneplacito predictum thelonium, si nobis placuerit, alii locabimus, qui maiorem Summam voluerit | ministrare, hoc saluo, quod idem, cui dictum locabimus thelonium, predictis Eberhardo, Katherine vxori sue, aut ipsorum | liberis, prefatas decem libras principaliter sine contradictione qualibet amministret. In cuius rei testimonium | presentes litteras conscribi, nostroque Sigillo secimus communiri. Datum in Diezzenhouen Anno domini MCCC | VIII. viij Kal. Junii.

Das Siegel hängt, in der Umschrift etwas zerstört.

23.

1310, 6. Weinmonats.

(Archiv Winterthur.)

Wir Lupolt von Goß Ignaden Herzog ze Österreich vnd ze Stir, Graue ze Habsburg | vnd ze Kyburg, vnd ze Elsaſſe Lantgräue, veriehen an diſem gegenwärtigen brieſe, das | wir Conrat dem Sulzer vmb den dienſt, den er twon ſol über daz gebirge, haben | geſetzet fvnf pfvnt geltes züricher pfenninge vff dem obern Korn meſſe ze Winter- | tur, vür zweinzig Mark ſilbers genges und gebeſ des gewichtes von zürich, | vnd ſol der, der denne des obern Corn meſſes pfliget, dem ſelben Conrate oder | ſinen erben, ob er enift, geben die fvnf pfvnt pfenninge von dem ampt alle iar, | als lange vñz daz daz gelt mit zweinzig Marken Silbers von vñſer vnd vñſrer | brüder wegen, oder von vñſern vnd vñſrer brueder erben wegen erloſet wirt, vnd | dieſelben fvnf pfvnt

pfenninge sullen nicht abegan an den zweinzig Marcken Silbers. |
Vnd dez ze einem vrfunde so ist diser Brief besiegelt mit vnserm
Ingesiegel. | Der ist geben ze Baden an dem Einstag nach sand
Remigien tag, do man zalt- | te von Goz gebvrte drizehenhundert
iar vnd da nach in dem zehenden Jar — ; |

Das österreich. Siegel mit dem Querbalken oder der Binde
hängt wohlerhalten.

24.

1312, 15. Christmonats.

(Deutschhaus in Altishofen; jetzt Haus Pfiffer v. Altishofen.)

In nomine domini Amen. Nos Officialis curie Basiliensis Notum facimus presentium inspectoribus seu auditoribus vniuersis, Quod sub anno domini. M.CCC. duodecimo, feria Sexta proxima ante festum beati Thome Apostoli, Comparentibus coram | nobis in forma iuris Honorando et Religioso viro fratre Bertholdo de Buochege, Commendatore prouinciali ordinis fratrum Theutonicorum Jerosolimitani per Alsaciam et Burgundiam, suo et eiusdem ordinis vice et nomine, et Magnifico viro | domino Ottone comite de Strazberg ex vna, et nobili domina Clara de Palma vna cum Nobili viro Conrado domino de Tengen patre suo, quem ipsa suum Curatorem siue Aduocatum esse coram nobis publice recognouit, ex parte | altera. Eadem domina Clara sana mente et corpore, non vi metuere coacta, nec dolo vt asseruit circumventa, sed libera ac spontanea voluntate, auctoritate, et expresso consensu predicti domini de Tengen patris sui, Curatoris siue Ad | uocati ipsius intervenientibus, vendidit ac se iusto et legitimo venditionis titulo vendidisse et tradidisse recognouit in iure, predicto fratri Bertholdo provinciali Commendatori nomine ordinis antedicti, vniuersum ius quod ipsi domine Clare | ratione dotis uel donationis morganatice, aut in subsidium matrimonii contracti cum Nobili viro domino Rudolfo de Palma marito suo sibi acte, aut ex alia quacunque donatione seu causa suffulta iure seu consuetudine aliqualiter competebat, aut in | posterum competere potuisset, In Altburre, in Altelishouen, in Rota, et in vniuersis bonis et possessionibus sitis vltra fluvium dictum Are,

in ea videlicet parte, vbi Altburre, Altelishouen et Rota sita sunt, Item et simili modo domino Ottoni | Comiti de Strazberg predicto omne jus quod habebat et habere posset in castro Palma Blumental, ac uniuersis bonis et possessionibus sitis citra dictum fluum are, in ea scilicet parte, vbi ipsum castrum Palma et Blumental sita | sunt, dominio de Palma nunc aut quondam quocunque jure seu titulo pertinentibus, sive consistant in agris, pratis, pascuis, municionibus, villis, villarum districtibus, et bannis, hominibus, servis, seruitutibus, hospiciis, ortis, pomeriis, | domibus, casalibus, aquis, aqueductibus, aquarum decursibus, piscariis, viuariis, silvis, nemoribus, frutectis, rupibus, montibus, vallibus, viis et inviis, siue in decimis, censibus, Redditibus, exactionibus, aliisque prouentibus et obuentionibus | ac juribus quibuscumque, Nullo jure excepto, aut ipsi domine Clare, aut suis Heredibus siue successoribus in predictis bonis et possessionibus et eorum pertinentiis aliqualiter reservato, pro Trecentis minus viginti marcis puri et legalis argenti | ponderis Thuricensis, Quam quidem summam ipsa domina Clara confessa fuit, sub eodem pondere se a predicto domino provinciali Commendatori nomine sui et ordinis, ac prefati domini Ottonis Comitis de Strazberg integraliter recepisse, Sibique ipsum ar- | gentum persolutum esse et traditum, ac se in vsus suos vtiles et necessarios convertisse. Et prefata domina Clara per manum et consensum predicti domini de Tengen patris sui Curatoris siue advocati ipsius predicta bona et possessiones, ac omne | jus, proprietatem et dominium vtile et directum sibi competentia nunc aut imposterum in eisdem, cum omnibus suis juribus et pertinentiis, ac iuris patronatus ecclesiarum eisdem bonis et possessionibus annexis, Nec non cum omni eo iure quod cum vniuersi- | tate bonorum venditorum ad emtores transire de iure uel consuetudine consueudit; Omne inquam ius sibi competens in bonis et possessionibus sitis ultra fluum Are predictum secundum distinctio- nem premissam, ad manus domini Commendatoris prouincia- | lis pre- dicti, nomine suo suique ordinis prenotati, Omne vero ius ipsi competens in bonis et possessionibus sitis citra eundem fluum, ad manus predicti domini Ottonis comitis de Strazberg libere et absolute resignans, et in eosdem secundum | eandem distinctionem sollempniter transferens. Dedit ipsis Commendatori provinciali nomine quo supra, et domino Ottoni Comiti potestatem et liberam

facultatem, omnia iura sibi in premissis bonis et possessionibus competentia, ac ipsa bona | et possessiones secundum predictam distinctionem nanciscendi et adipiscendi, et possessionem eorumden apprehendendi, et libere subinrandi; Ipsaque iura, bona et posse-
 siones exnunc in antea habendi, tenendi, possidendi, et de
 ipsis ordinan- | di, disponendi, et faciendi. pro ipsorum libito
 volumtatis. Ceterum prefata domina Clara prius per fidem suam
 ad manus nostras tamquam publice et auctentice persone sollempniter vice et nomine predictorum . . Commendatoris pro- | uincialis, et dicti ordinis, ac domini Ottonis Comitis stipulantis, pre-
 stitam sollempni iuramento per ipsam corporaliter prestito subsecuto,
 promisit, predictos contractum, resignationem, et translationem,
 ac omnia et singula | prenotata, Rata habere perpetuo atque firma,
 nec contra ea vel eorum aliquot per se aut interpositam seu inter-
 positas personas, publice vel occulte, verbo uel facto, consilio uel
 auxilio nec vlo ingenio, nunc aut in posterum quovis- | modo
 facere vel venire, Nec etiam contravenire aut facere volentibus de
 iure vel facto aliqualiter consentire, et ad hec omnia et singula et
 eorumdem Ratihabitionem et inviolabilem obseruanciam se per dictum
 iuramentum | per eam vt premissam est prestitum firmiter obligauit.
 Renuncians ipsa domina Clara expresse et ex certa scientia de Hiis
 certificata, exceptione doli mali, non solute, non tradite, non
 numerate pecunie, non ponderati argenti, decep- | tionis vltra
 dimidium iusti precii, quod metus causa, beneficio restitutionis
 in integrum, constitutione hoc ius porrectum, literis, priuilegiis et
 quibuscumque libertatibus mulieribus concessis aut concedendis,
 vel in Fauorem muliebris sexus | de iure ant de terre consuetudine
 introductis, ac omni juri et iuris auxilio et beneficio, canonici,
 ciuilis, consuetudinarii et Mvnicipalis, scripti et non scripti, vniuer-
 sisque exceptionibus et defensionibus tam iuris quam | facti, et
 specialiter iuri dicenti, generalem Renuntiationem non valere, qui-
 bus vel quorum ope ipsa domina Clara venire posset contra pre-
 missa aut aliquot premissorum, et quibus dictus contractus in toto
 vel in parte | posset quomodolibet in irritum reuocari. In cuius
 rei memoriam et testimonium omnium premissorum, Nos Officialis
 predictus sigillum curie Basiliensis ad petitionem predictarum partium
 huic appendi fecimus instrumento, Cvi | ob majoris Roboris firmi-

tatem, sigilla predictorum domini de Tengen et domine Clare filie sue sunt nichilominus coappensa. Datum Basilee Anno et die predictis. ¹⁾

Alle drei Siegel hängen etwas zerstört.

25.

1314, 13. März.

(Archiv St. Urban.)

